Animalia ferrea. Lecti & ſuppellex in diverſoriis perpetui uſus gratiâ exiſtentes. *Berl. 3. concl 30. n. 23. Finckelth. O. 26 n. 18. & tr. de feud. D. 23. quæſt. 20. lit. e Beſold. voc:* Liegende und fahrende Haab. *Heig. p. 2. q. 18.* Molendina navalia. *Hering. d. q. 8 n. 27. Finckelth de feud D. 23. q. 20*

F. RES INCORPORALES ſunt, quæ ſuâ naturâ tangi non poſſunt, atque formam & eſſe ſuum à Jure habent. e.g. hereditas, ſervitus, &c. *pr I. de rebus. corp.* 1. §. 1. *h* atque hæ annumerantur l. mobilibus, l. immobilibus (propriè enim talia non ſunt 15. §. 2. *de re judicat* 7. §. 4. *de pecul.*) *Mæv. ad jus Lubec. quæſt. prælim. 6. num. 25 Wehner. voc.* bewegliche Güter. propter naturam objecti ut nomina & actiones: *Carpz. 3. c. 23. d. 8. num. 8. Gail 2 o. 11 n. 9.* l. propter naturam ſubjecti, ut ſervitutes immobilibus inhærentes. *Gail. 2. o. 11. num. 11. Molina de J & J. tr. 2. D 68. num. 1.* l. propter aliam cauſam, ut annui reditus, qui immobilibus annumerantur. *in Clement. Exivi verſ. cum anni de V. S. Gail. 2. O. 10. vid Carpz 3, c. 24 def. 1. & ſequ.*

DE JURISDICTIONE. II. 1.

JUriſdictio hîc eſt publica Juris dicendi poteſtas. *Bachov. ad π. h. in pr. n. 2.* Licet enim vox Juriſdictionis plerumque in ſtrictiori ſignificatione accipiatur, atque ſic mero imperio opponatur. 3. *h.* 1 §. 4. *de ſuſpect. tut. Fr. h. n. 5.* Tamen in generali & nativa ſignificatione etiam merum imperium complectitur. *arg. 2. §. 16. 23. de O. J. 1. pr. de offic ejus cui mandat. Jurud. 7. §. 2. de offic. proconſul Conſt. Frideric. II. de pace conſtantiæ §. nos Romanorum in f. h. n. 3.*

A. CIVILIS eſt, quæ exercetur in cauſis civilibus *Bach h.*

B. *HÆC* dividitur I. in *VOLUNTARIAM L. 2. de offic. proconſul. Carpz. tit. 2. art. 1. §. 3. n. 27.* quæ tantùm in volentes, & ſecundum illorum voluntatem auctoritatis gratiâ exercetur. *Fr. h. n. 7.* & quidem interdum ſine omni cauſæ cognitione. 15. §. 2. 17. *& ſeqq. de adopt* 8. §. 8. *de tranſact.* 1. *de reb. eorum, qui ſub tut.* §. 4. *J. Qui & à quib. manum. Vinn. h. c. 6. n. 6. Carpz. d. l n. 131.* Huc pertinent Actiones Legis 4. *ff.* 1. *C de adopt.* 3. *de off proconſ* 1. *de offic Jurid. vid. Bach. h rubr. ſecunda diviſio Jurudict. n. 7.* ut adoptio, emancipatio & manumiſſio vindictâ. 2 *de offic. proconſ* & inſinuationes ultimarum voluntatum & donationum. *Carp. d. l. n 36. Bach d. l. n. 2. Vinn. h. c 6. n 6.* agnitio bonorum poſſeſſionis edictalis 2. §. 1. *quis ordo in bon. poſſ. ſerv* tranſactio de alimentis, teſtamento relictis. 8 *pr.* §. 18. *de tranſact.* alienatio prædiorum minorum 1. *de reb eorum, qui ſub tut. Fr. h num. 9. Vinn. h. c 6. n. 6.* Hanc juriſdictionem exercent, quibus ſpeciali lege ea conceſſa eſt. *arg. 2. 3. de off. proconſ 4. de adopt. f. C. de emanc 8. §. 18. de tranſact. 1. §. 2. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdictio* quandoque magiſtratus municipalis, 4. *de adopt. 1. C. de emancipat. Bach. d. l.* In cauſis ordinario jure ipſis non ſubjectis. *arg. 19. C. de teſtament. 27. in f. C. de donat. Carpz. d. l. n. 32. & p. 3. c. 3. d 13. n. 3. 4.* etiam propriis. *arg 2. de off. prætor. 2. de offic. præſid. 3. 4. de adopt. L. un. in fin. de offic. conſ.*